
II. *Epistola Viri Doctissimi Johannis Hoogvlietii
ad Jacobum Jurin, M. D. R. S. Secr. De E-
pistolis duabus Posthumis Viri Celeberrimi Anto-
nij a Leeuwenhoek, R. S. S.*

SEnex noster venerandus *Leeuwenhoekius*, jam in a-
gone Mortis versans, ac nihilominus artis suæ me-
mor, me ad se vocari juslīt, attollenisque oculos jam
gravatos morte, verbis semiabruptis me rogabat, velle-
ne hasce binas literas ex vernaculo in Latinum Sermo-
nem vertere, tibique, Vir Amplissime, mittere. Ut er-
go hisce tanti viri, quo abhinc jam aliquot annos usus
fueram familiarissime, parerem præceptis, non possum,
quin tibi, Vir eruditissime, hoc extremum, Viri mihi
amicissimi morientis, munus mittam, sperans fore ut
hæc ultima ejus conamina tibi grata sint futura.

*Delphis in Batavis,
pridie Nonas Sept.
1723.*

